

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Curiositas y
cum fontibus proximo, medio et primis

Odibilius nichil est subtilitate
ubi est sola subtilitas.
Quid enim prodest in illis expendere dies
suos que nec domi, nec milicie,
nec in foro, nec in claustro, nec in curia,
nec in ecclesia, nec alicubi prosunt
nisi dumtaxat in scolis?

Scribens Seneca ad Lucillum:
Quid est, inquit, acutius arista
et in quo est utilis?
Tale est, inquit, ingenium
quod sola subtilitate lasciuiens
nulla in se residet grauitate.

Petrus Rauennas in sermone

Ait enim Seneca:
Odibilius nihil est subtilitate,
ubi est sola subtilitas.
Quid enim prodest illis expendere dies
suos in his, quae nec domi, nec militiae,
nec in foro, nec in claustro, nec in curia,
nec in ecclesia, nec alicui prosint alicubi,
nisi dumtaxat in scholis?

Seneca scribens ad Lucilium:
«Quid est, inquit, acutius arista,
et in quo est utilis?
Tale est, inquit, ingenium,
quod sola subtilitate lasciuiens
nulla in se residet gravitate.»

Petrus Blesensis, *Epistolae*, 101 (PL 207,
col.312C-D).

Nihil autem ut in primo declamationum
ait Seneca, odibilius subtilitate,
ubi nihil aliud est quam subtilitas.

Et ad Lucilium,
nihil est acutius arista.
Sed haec ad quid utilis?
Tale utique est illud ingenium
quod sola subtilitate lasciuiens
nulla residet grauitate.

Iohannes Sarisberiensis, *Metalogicon*, 2.8
(J.B. Hall & K.S.B. Keats-Rohan eds.,
CCCM 98, p.67, ll.9-13).

nihil est iniquius his, qui nusquam putant
esse subtilitatem nisi
ubi nihil est praeter subtilitatem.

Lucius Annaeus Seneca (Rhetor),
Controversiae libri decem, 1.praef.21
(L. Hakanson ed., p.7, ll.3).

Acuta sunt ista quae dicis:
nihil est acutius arista;
quaedam inutilia et inefficacia ipsa
subtilitas reddit.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium*
epistulae morales, 82.24 (L. Reynolds
ed., vol.2, p.278, ll.8-10).